



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

307. Kurfürst Joachim II. verschreibt seiner Gemahlin ihr Leibgedinge auf
die Grafschaft Ruppin, am 9. September 1535.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

petituros. Atque ut huic nostre cautioni tanto plus fidei habeatur, non solum manu nostra subscribendam, sed et signo nostro eam esse duximus confirmandam, atque id Syngraphe huic nostre curavimus appendendum. Datum in Civitate Regia Cracoviensi postridie Nativitatis Marie Virginis, que fuit dies nona Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

Joachimus, Kurfürst.

Nach Dogiel, Cod. Pol. I. 429.

307. Kurfürst Joachim II. verschreibt seiner Gemahlin ihr Leibgedinge auf die Graffschaft Muppin, am 9. September 1535.

Nos Joachimus, Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius ac Princeps Elector, Stetinensis, Pomeranie, Cassuborum, Vandalorumque Dux, Burgravius Norimbergensis ac Rugie Princeps, Recognoscimus et notum facimus presentibus nostris patentibus Literis pro Nobis, nostris Heredibus et Successoribus coram universis et singulis has Literas visuris, lecturis aut legi auditis. Quandoquidem cum Serenissimo ac Illustrissimo Principe ac Domino, Domino Sigismundo, eadem Gratia Rege Polonie, M. Duce Lituanie, Russie, totius Prussie, Masovie, Samogitie Domino et Herede, Socero et Patre nostro observandissimo, affinitatem contraximus et Illustrissimam Dominam Hedvigim, prefati Serenissimi Regis Filiam Nobis desponsatam et legitime copulatam in Matrimonium duximus, et eius R. Maieft. Dotem triginta duorum millium floren. Hungaric. in auro puri auri et iusti ponderis nominavit et solvere promisit, sicut in Literis Connubialibus per nostros Oratores et Legatos desuper confectis et sigillatis expressius et fufius continetur, in Dotis huiusmodi compensationem obligavimus Nos vicissim prefate nostre suavissime ac dilectissime Coniugi sexaginta quatuor millia similium aureorum Hungaricalium, boni auri et iusti ponderis, Donationem propter Nuptias, corporis provisionem, vulgo Leibgedinge constituturos, ac de tanta summa cautionem sufficientem facturos promissimus, ita ut usum fructum, sive annuos redditus, de quibuslibet quindecim aureis Hungaricalibus unum aureum Hungaricum boni auri et iusti ponderis, quotannis annui redditus loco sublevare ac percipere possit, sicut in Contractu Matrimoniali et Literis desuper confectis clarissime exprimitur. Quapropter pro compensatione supradicte Dotis triginta duorum millium aureorum Hungaricalium, boni auri et iusti ponderis Nobis constitute, Illustrissime Domine Hedvigi, Coniugi nostre charissime indicamus, inscribimus, assignamus et addicimus sexaginta quatuor millia aureorum Hungaricalium boni auri et

iusti ponderis super toto Comitatu Ruppinenfi, cum omnibus ipsius Dominiis, Arcibus, Civitatibus, Oppidis, ab omni alia Obligatione et Inscriptione liberis. Arces vero ipse sunt: antiqua Ruppin, Goltbek, Neustadt, Civitates nova et antiqua Ruppin, Grandsoia, Wulsterhausen, Neustethleyn, Wittbergk, Goltbergh cum omnibus villis, prediis et omnis generis possessionibus, proprietatibus, atque usufructibus, teloneis, vectigalibus, domibus, frumentariis, nemoribus, vineis, iudiciis, atque universis censibus et redditibus, usibus, mulctis sive poenis, omagiis, feudis, piscationibus, foris et foralibus, sylvis, venationibus, aquis, Juris patronatibus et Collationibus Officiorum, Dignitatum et Beneficiorum, tam secularium quam spiritualium atque Ecclesiasticorum Curatorum vel cura vacantium, et breviter cum omnibus rebus citra ullam exceptionem, quocunque nomine vocentur et quecunque nunc sunt et in futurum humana industria fieri possunt, ad eandem Arces, Civitates et Oppida, quocunque modo pertinentibus, harum Literarum vigore, sed ea tamen lege, ut quotannis a singulis quindecim aureis Hungaricis, Dotis et Dotalitii et Donationis propter Nuptias, que germanice Morgengabe appellantur, faciendo, unum aureum Hungaricum in annuis censibus habere possit. Quod si prefate Possessiones, utpote Arces, Civitates et cetera minus haberent annuorum censum, quam a sexaginta quatuor millibus aureorum Hungaricalium boni auri et iusti ponderis et a Summa Donationis propter Nuptias iuxta expressam estimationem provenire posset, debemus alia Bona et Possessiones, de quibus dicte estimationis Summa ad amissim et perfecte, atque plene provenire possit, dicte Illustrissime Domine Hedvigi Coniugi nostre dare, assignare, adiacere, atque inscribere pro usu sui corporis et vite, post mortem nostram, quoad ipsa vixerit, fruendi et utendi, quod effectualiter facimus et inscribimus vigore presentium Literarum, inscripturi et alia Bona nostra, si premissa ad equandam prefatam Summam Dotis Dotalitii et Donationis propter Nuptias non sufficerent in annuis proventibus et id, ipsum in Prignitzia Territorio Nobili Comitatu Ruppinenfi vicino, aut alio quopiam loco idoneo et commodo, et talia quidem Bona, que libera sunt, et nulli alteri inscripta sunt aut obligata, quo possit dilecta Coniunx nostra Hedvigis proventus prefate Summe sufficienter ex illis consequi. Quod si contingat, ut in huiusmodi Bonis proventus annui debitam Summam Inscriptionis, Dotis, Dotalitii et Donationis propter Nuptias excrecant, non debent Heredes nostri illam excrecentem Summam pro se repetere, sed prefate nostre Coniugi Hedvigi relinquere percipiendam et liberum fore permittimus Serenissimo Regi Sigismundo, Socero et Patri nostro observandissimo, pro arbitratu suo ad enumeratas et inscriptas arcas, civitates, oppida, possessiones, dominia atque bona, Nuntios atque Oratores suos, quoties sue Serenitati videbitur, mittere et legare. Curabimus etiam Nobiles et alios incolas prefatarum arcium, urbium et villarum Comitatus Ruppinenfis etc. charissime Uxori nostre Hedvigi iureiurando fidelitatis et omagii obligari et astringi, in casum et eventum mortalitatis nostre valituro, ita, quod tunc sue Dilectioni obligati sint et in fidelitate subditi. Preterea quandoquidem sepe nominate iucundissime Coniugi nostre adhuc decem millia florenorum

Rhenensiam in Summa etiam Donationis propter Nuptias constitimus ac publice polliciti sumus, cavebimus in certis nostris Bonis, nulli alii oppignoratis aut obligatis sue Dilectioni usum fructum annuum, etiam tempore vite nostre de prefatis decem millibus florenorum Rhenensium inscribi, ita, ut ea pro sua honesta commoditate libere uti valeat et post mortem nostram una cum supra memoratis aliis Donationibus propter Nuptias sue Dilectioni deputatis pro vite sue usa eque utatur et fruatur absque aliqua cuiusvis nostra, Heredum aut Successorum nostrorum contradictione, atque hec quidem omnia et singula premissa pollicemur Nos Joachimus, Marchio Brandenburgensis Elector, fide Inclito et consueto Principe digna, firmiter inviolabiliterque observaturos et observari curaturos omni simulatione remota. Quin et ea omnia, que nostro nomine Oratores nostri cum plena quidvis statuendi potestate a Nobis missi, cum predicto Serenissimo Rege, Socero et Parente nostro observandissimo Vilne egerunt, omnia eorum Pacta et Conventa approbamus et rata habemus, nostrumque illis assensum prebemus, atque ibidem bona fide Nos observaturos pollicemur. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium presentes has Literas manu nostra subscriptas Sigillo nostro consignamus. Datum in Civitate Regia Cracovie postridie Nativitatis Marie Virginis, que fuit dies nona Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto.

Joachimus, Kurfürst.

Nach Dogiel, Cod. Pol. I, 429.

308. Abrede des Herzogs Heinrich von Braunschweig zwischen dem Kurfürsten Joachim II. einerseits und dem Markgrafen Johann andererseits wegen ihrer Auseinandersetzung über den väterlichen Nachlaß, am 7. October 1535.

Zu wissen. Nachdem der hochgeborne Fürst, herr heinrich, Herzog zu Braunschweig vnd Luneburg, vnser freuntlicher lieber Ohaim, Schwager, Bruder vnd vater, Sich besorgt, das zwischen vns Joachim, von gots gnaden Churfürsten etc., vnd Johanfen, gebrudern, Marggrauen zu Brandenburg, zu Stettin, pomern, der Cassuben vnd wenden hertzogen, Burggrauen zu Nurnberg vnd fürsten zu Rugen, Nach todlichem abgange etwan des hochgebornen fürsten, hern Joachims, Marggrauen zu Brandenburg vnd Churfürsten, vnfers gnedigen vnd freuntlichen lieben hern vnd vaters, hochloblicher vnd seliger gedechtnus, jrrung vnd vnfreuntlicher wille zutragen mocht, Hat sein lieb, solchs zuuorkommen, aus freuntlichem vnd vaterlichen willen vnd zuneygung zu vns beiderseits tragend, Sich in freuntlich vnter-